2434

ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda Suprascriptisq[ue] Generosis Consorte Sua et Ludovico Dzierski non stabiliti stabilienda, status existens memoratus Recognoscens Gnosus Mathias Rysinski aut eius posteri, ad instantiam supra scriptae famatae Annae Woyciechowska, sive eius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense ex termino receptu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Damna praefacta Terrestri simpliciter absq[ue] corporali Iuramento taxata luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq[ue] ac suos Successores ad eandem omnia inscribit et obligat praesen[ti], Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate oratoris, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari ad munimenta ad evictorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem Vltra proximos Officij praefati Castren[sis] Capitan[ealis] Praemyslien[sis] Terminos dilationem sibi non recipiendo Nullasq[ue] motiones, appellationes, ac earum executiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel multiplicatis evasioni ciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel multiplicatis evasionibus suspensionibus, fatalijs Iuris praesumptione Terrestri bello, conventibus suspensionibus, fatalijs Iuris praesumptione Terrestri bello, conventionibus neq[ue] ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Skidniowska Illnickie Quietat.

486 Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemyslien[sibus] Nobilis Marina Skidniowska olim Nobilis Ioannis Skidniowski Consors derelicta Vidua sana mente et corpore existens, a Iuris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprijs et competen[tibus] recedendo

praesen[s]

Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad Acta hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipsa de manibus Nobilis Stephani Hnicki Czernicovius summam sexaginta Marcarum Polonicalium sibi Recognoscenti Decreto Officij praesentis in Terminis Querelarum seu Causarum Officij feria Tertia post Festum Sancti Lucae Evangelistae proxima in Castro Praemysliensi celebratis, plato adiudicatam realiter et de facto habit, levavit, et percepit, de qua levata et percepta eundem Nobilem Stephanum Hnicki Quietat, emittit, dimittit Liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat Hac sua praesenti personali Recognitione praemissa omnia mediante.

Feria Quinta in Crastino Festi Sanctorum Simonis et Iudae Apostolorum Anno Domini Millesimo Sexcentesimo septuagesimo Primo.

20/X

Vstrzycki Winnickiego et Manastyrskiego Quietat. 1156

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Alexander de Vnihow Vstrzycki, Tribunus Terrae Sanocensis, Sanus mente et Corpore existens a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice